

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Venia i
cum fonte primo

Beneficium se putabat accepisse
auguste memorie Theodosius cum
rogaretur ignoscere; et tunc propior erat
uenie cum fuisset commotio maior
iracundie.

Et optabatur in eo
quod timebatur in aliis ut irasceretur.
Hoc erat remedium reorum quoniam
cum haberet supra omnes potestatem,
quasi parens postulari malebat quam
quasi iudex punire:

equitatis iudex, non pene arbiter, qui
numquam ueniam confitenti negauit.

Ambrosius de obitu Theodosii.

Beneficium se putabat accepisse
augustae memoriae Theodosius, cum
rogaretur ignoscere, et tunc propior erat
veniae, cum fuisset commotio maior
iracundiae.

Praerogativa ignoscendi erat indignatum
fuisse

et optabatur in eo,
quod in aliis timebatur, ut irasceretur.
Hoc erat remedium reorum, quoniam,
cum haberet supra omnes potestatem,
quasi parens expostulare malebat quam
quasi iudex punire.

Saepe trementes vidimus, quos
obiurgabat, et convictos sceleris, cum
desperassent, solutos crimine. Vincere
enim volebat, non plectere,
aequitatis iudex, non poenae arbiter, qui
numquam ueniam confitenti negaret;
aut si quid esset, quod occulta
conscientia inuolueret, deo servabat.

Ambrosius Mediolanensis, *De obitu*
Theodosii oratio, 13 (CSEL 73, O. Faller
ed., pp.377-8, ll.1-13).